

sagittis? namq; *Stultus labiis caditur & verberabitur*, Proverb. X, v. g.
 & 10. h. e. juxta R Aben Esram, *corruet, pœnas dabit*. Horrendum
 est, inquit ad h. l. *Cartwrightus*, veritatem agnitam negare, sed & pe-
 riculi plenum est, si quis privatus, odio idololatriæ, in medio foro
 sibi in idola declamitandi licentiam sumat. Confer jam *Bakium* su-
 per Evangel. Domin. X. post Trinit. & Dietericb. super idem part. II.
 observat. i. ubi ut erg habent hunc versum:

Stulta sapit vulgus, vult quilibet esse Lutherus.

Jam dudum animus est in patinis (v. 46.). Videsis heic *Adagia Erasmi* XXXVII
 Tit. *Solicitudo*. Solicitudinem verò istam soliciiùs exprimit Sy-
 rus servus & vitulo inhians & *vino* (*Adelph. IV, 2, 49.*)

Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur,

Ctesiphon autem in amore est torus. Ego jam prospiciam mihi.

Nam jam adibo atq; unumquodque, quod quidem erit bellissi-
 mum,

carpam, & cyathos forbillans paullatim hunc producam diem.

Ego me in pedes (*Act. V, 2, 5.*) vel dedi, ut apud *Plautum in Ca-*
ptiueis I, 2, 12.: menè vis dem ipse in pedes; vel *conjeci*, ut *Noster*, Me
 conjicerem protinus in pedes (*Pbormion. I, 4, 13.*) &, Continuò hic se
 conjecit intrò (*Heavtont. II, 3, 36.*). Ita *Lucretius* (*VI, 577.*)

Ventus ubi atque animæ subitò vis maxima quædam

aut extrinsecus, aut ipsâ ab tellure coorta

in loca se cava terrai conjecit — —

— — sæpe ex hujusmodi re quâpiam &
 malo ex principio magna familiaritas

conflata est. — — Ita Æacus apud *Ovid. VII. Metam. v, 520.*

Fleibile principium melior fortuna secuta est.

Et *Liriis lib. I, c. 9.* Sæpe ex injuriâ postmodùm gratia orta. Egregia
 sunt in hanc rem verba seqq. *M. Antonij Guevaræ* (*lib. II. Horolog. Prin-
 cipp. c. 2.*) *Nisi cives Romaniraptis ex agro Sabino virginibus plurimis, mu-*
tato consilio mariti quam raptoreſ eſſe maluiffent, aut Sabinis interitum
aut internectionem nomini Romano facinus illud attulifſet. *Jura* verunt
 enim